

bes summam siue quæsitum vt 12. 4. 8. fa-
cit 15.

SECUNDA

PARS.

DE REGVLA AV- rea siue DETRI.

REGVLA aurea siue Detri; est tri-
um numerorum debita ordinatio;
quæ sic fiat. Quæstio ponatur versus
dextram partem, numerus vero quæstio-
ni re & nomine similis, ad sinistram. Re-
siduus vero numerus ad medium loce-
tur, Post hac numerus dexter per medium
multiplicetur, productusq; numerus per
sinistrum diuidatur. Et quod ex tali diui-
sione resultat, quæstionis est solutio, me-
dioq; re & nomine simile vt 2 & pro 5 fe-
quanti 44 & facit 110 fe. Item 9 oua
pro 4 & quot pro 1 fe facit 567 oua.

Proba